

~~G.W.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

H-26.

SIGNAT. 150 CCCXIII.

Stückzettel erled.
11. XII. 1944.

Pro Krolle.

Einzelne Mordfälle

5.



Stückze

DISPUTATIO XII.
ETHICA
De
**VIR TUTE HE-
R O I C A,**

Quam
DEO TRIUNO ANNUENTE

In Inclyta & celeberrima Academia VVittebergensi,

PRÆSIDE
Clarissimo & Excellentissimo Philosopho
Dn. IACOBO MARTINI, HALB:
Logices & Pract. Philosoph. Pro-
fessore publ.

Proponit & defendendam suscipit
LEVINUS LUDOLPHUS ab ALVENSLEVE
Ludol. F.

Addiem 15. Octob. Horis Locog̃ solitis.

VVITTEBERGÆ,
E Typographeo JOHAN. GORMANNI.

ANNO M. DC. XIV.




This image shows a single, horizontal page of aged, light brown paper. The paper has a textured, slightly mottled appearance with various shades of tan and beige. There are a few small, dark spots and some faint, illegible markings that could be bleed-through from the reverse side of the page. The overall appearance is that of an old document or a flyleaf from a book.

SWEDISH LANGUAGE

Introducing the new 3D model of the human brain

This image shows a single, horizontal page of aged, light brown paper. The paper has a textured appearance with some minor discoloration and small dark spots, characteristic of old paper. There is no text or other markings on the page.





DISPUTATIO XII.

De

VIRTUTE HEROICA.

Continuatio.

HUM disquisitionibus superioribus doctrina de perfectis virtutibus, tam moralibus, quam intellectualibus sit absoluta; meritò etiam in id nobis incumbendum videtur, ut deinceps cognoscamus, quomodo sit horum complementum & summa perfectio, qualis est *Virtus heroica*. Hæc enim eximiam in animis ingenuis parit admirationem, & hominem supra hominis conditionem elevare nata est.

Thesis I.

Eteres virtutē hanc HEROICAM dixerē propterea, quod eā præditos non simpliciter pro hominibus, sed pro divinis & quasi semideis haberentur, vulgoq; ἥρωας sive θείς ἀνδρέας nominārunt, cūm ejusmodi refulgerent virtute, quæ quodammodo superaret communem hominis conditionem.

Arist. lib. 7. Eth. Nicom. cap. 1. lib. 2. Mag. Mor. cap. 5. libr. 6. Ethic.
Eudem cap. 1.

A 2

2. De-

II.

Definimus virtutem Heroicam animi habitum, quibusdam, concessum divinitus, ad eū modi actiones præstandas, quæ alioquin solis humanis viribus præstari non possent. Ex Aristotelis contextu ejusmodi definitionem colligimus: ἡ δέετη ἡρωϊκὴ ὕστις τῆς ψυχῆς θεία ὁμοία τὸν ἀνθρώπον, ἡ κατὰ τὰ πεντακάτα ἐξ αἰρετῶν γίνονται θεοί.

Ex libr. 7. Eth. Nicom. cap. 1. & libr. 2. Mag. Mor. cap. 5. & libr. 6.
Eth. Eudem. cap. 1.

III.

In definitione hac quando dicimus, Virtutem heroicam, nonnullis datam esse divinitus, non protinus omnem disciplinam & assuefactionem tollimus: Quippe cum de omni virtute dicatur à Philosopho(a) quod more & consuetudine paretur: Sed statuimus, tum verè virtutem existere Heroicam, si ad disciplinam virtutis moralis accedat afflatus divinus, qui illam augeat & adjuvet. Nemo enim vir magnus sive aliquo afflato divino unquam extitit, uti testatur Cicero (b)

(a) 2. Eth. Nicom. cap. 1. & lib. 1. M. M. cap. 6.
(b) Libr. 2. de Nat. Deor.

IV.

Atq; hinc est, quod paucissimis ea contingat, & rara inter mortales esse soleat: secundum illud Θεον ἀνδρεας ειναι τοις ανδροις: raro sit, virum esse divinum.

V.

Neq; tamen propterea Hesiodi sententiæ subscribere volamus, qui contendit (c) ἡρωας omnes uno duntaxat mundi seculo, quod aureum nuncupat, vixisse. Quovis enim tempore Deus quosdam, tanquam lumina, excitavit, per quos vel Ecclesiam suam gubernavit, vel artes in lucem protulit aut restituit, vel imperia ordinavit. (c) Hesiod. libr. 1.

V !.

Thomas & qui hunc sequuntur, virtutem Heroicam specie distinctam arbitrantur à ceteris virtutibus moralibus. Sed fallunt, & falluntur. Non enim ab illis habitu sed gradu, non essentia, sed dignitatis excellentia diversa est.

7. Ra-

VII.

Rationes si desideras, en in promptu sunt. 1. Quia objectum & finis pariunt virtutum differentias: jam verò virtus heroica & moralis finibus conveniunt: quatenus utraq; ad summum bonum refertur: Et hac duntaxat ratione differunt, quod virtus heroica exactius & splendidius finem attingit, quam virtutes morales reliquæ.

IIX.

Deinde quia eadem definitio utriq; competit. Utraq; enim est habitus electivus secundùm determinationem virti prudentis.

IX.

His accedit, quod Heroes non alijs virtutibus refulerunt, quam ijs, de quibus haec tenus differimus.

X.

Diximus, quod virtus heroica etiam quà definitionem conveniat cum cæteris virtutibus Moralibus: Ergo mediocritas erit? Omnino. Nam licet virtus hæc magnitudine sua summa & extrema sit, respectu tamen formæ virtutis & essentiæ, media est.

XI

Rectè igitur definivimus eam per habitum, & non per perturbationum (d) evulsionem: per habitum, inquam, convenientem cum mediocritate in actionibus consistente.

(d) Eustratius lib. 2. comm. Eth. cap. 3.

XII

Quales autem hæc actiones sint, non distinguimus; sed eas ex omni virtute promanare (e) facile defendimus.

(e) Piccol. gr. 6. in Philos. Moral. cap. 4.

XIII.

Quia enim Heroica virtus est splendor & fulgor moralium virtutum: & verò in omni ejusmodi virtute eminentia & fulgor locum habere potest; utiq; heroica dignitas in singulis virtutibus moralibus valet resplendere.

XIV.

Diximus porrò in definitione, Heroicam virtutem esse habitum animi: Ubi quæstio moveretur: ad quam animi facultatem virtus hæc sit referenda.

XV.

Sunt, qui eam ad intelligendi facultatem sive ad mentem re-

A' 3

feren-

ferendam esse statuunt. Quam opinionem veram non esse, dicimus: quod virtus heroica, non est vere specie distincta à virtute morali; sed tantum per magis & minus, quemadmodum jammodò demonstravimus. Atqui verò ad eandem facultatem referuntur humana perturbationum moderatio, & ejus splendor. Cum igitur morales virtutes pertineant ad appetitum sentientis facultatis; & virtus heroica sit earum splendor, utiq; ad eundem appetitum pertineat necesse est.

XVI.

Cæterum quia contraria juxta se posita, magis elucentur, ut habet regula Aristotelis (f) in scholis vulgatissima: vitium Heroicæ virtuti quod opponitur in considerationem etiam adhibeamus, necesse est, ut clarior ejus fulgeat præstantia, & gloria, frustusq; reddatur illustrior.

(f) 3. Rhetoric. ad Theodect. cap. 2. § 17.

XVII.

Quemadmodum autem Heroica virtus præstantia & excellentiâ suâ supra communem civilemq; hominis conditionem est elevata, & hominem Deo quodammodo similem reddere videntur: sic vitium, quod ei opponitur, adeo est execrandum, ut reliqua vicia turpitudine suâ longo post se intervallo relinquat, hominem infra hominis conditionem deprimat: imo verò ex hominibus feras efficiat.

XIX.

Unde etiam à Philosopho nostro Δημόσιος θεοφάνεια, id est, à fera & bellua θηρίονται, id est, Feritas sive Immanitas dicitur.

XIX.

Illud verò non propterea, quod ferarum & belluarum sit (istæ enim neq; virtutes, neq; vitia habent: cùm ratione & electione destituta, solo appetitu ferantur) Sed quod homines reddat feris magis similes, quam alia quæcunq;, circa mores fugienda. Tunc enim ferarum more omne humanum exuunt, solo sensuum affectu, eoq; depravato, docuntur, & ea appetunt, quæ lana ratio planè reformidat ac pertorrescit.

XX.

Atq; hinc facile videre est, quod Heroica virtus & Feritas si-

vc

ve Immanitas sibi in vicem recte opponantur: cùm illa sit virtus
summa & plusquam virtus, summo perè optanda, summæq; laude
dignissima: Ita verò vitium summum, & plus quam vitium, non
solum non optandum, sed cane pejus & angue vitandum.

XXI.

Definimus Feritatem vitium, quo homo excusso rectæ ratio-
nis iudicio omniq; humanitate projecta, ferarum more, ea am-
plectitur & perpetrat, à quibus alioquin humanus animus natura-
liter obhorret.

XXII.

Hujus perniciosissimæ feræ tria sunt quasi Cerberi, infesti-
fima capita, tresq; fauces humanæ conditionis voracissimæ: Pro-
phanitas nempe, quæ nos à Deo avertit: Immanitas, quæ nos
omni caritate erga proximum exuit: Deniq; Tyrannis quæ pietas
erga patriam pervertit.

Piccol. gr. 6. cap. 13. & prolixè Pontanus in libro de Immanitate.

XXIII.

Quod si causam hujus tanti vitij indagare velis, invenies, il-
lud non semper idem: sed ejus diversos diversarum causarum re-
spectu, dari gradus.

XXIV.

Homines enim sape ex naturæ depravatione, aliquando ex
morbo, nonnunquam ex prava educatione & assuetudine, vel et-
iam aliâ causâ adeo exiunt humanam naturam, & ab humana
conditione recedunt, ut deteriores iumentis, ipsisq; feris efferati-
ores evadint. Omnis enim conscientiæ sensus in ipsis extinctus, o-
mnis intelligentiæ radius sublatus, omne rationis lumen suffoca-
tum videtur.

Problemata.

I. An virtus heroicæ specie differat à virtute morali? Ne-
gavimus Thesis 6.

II. An solis Christianis virtus hec tribuenda sit? Cum ex-
perientia contrarium docuerit, quod videlicet multi inter Etba-
nieos huic operam dederint, simpliciter id concedendum non
erit

3. Ans



III. An etiam fœminis heroica virtus adscribenda sit? Affirmamus. Quamvis enim sexus muliebris, virili sit & inferior & ignobilior; exempla tamen, mulieres quoq; bac virtute, præditas fuisse, docent.

IV. An Heroica virtus cum Magnificentia & Magnanimitate plane eadem virtus sit: cum & illæ in eminentia constitutæ sint. Non sane. Nam non omnis magnificantia, omnisq; magnanimitas est heroica: sed et tantum quæ maximè eminens est. Piccol. gr. 6 c. 5.

V. Num Heroicae virtutes in Christianis & Etibnicis in unus generis actionem Dei sint referenda? Negamus.


VI. Cur Heroum exitus plerumq; sint funesti. Caussa difficer redditur. Dicunt, esse ipsam vehementiam in herouibus, quam non semper possunt moderari.

VII. Cur Heroum filij noxae. Deus deponit potentes de sede & exaltat humiles. Luca 1, v. 53. Idem dixit olim Chilo vir inter septem sapientes Gracie primarius: Hic enim sciscitanti, quidnam rerum ageret Deus, humilia, respondet, tollit, & excelsa deprimit. Accedit parentum iniquitas, quam in liberorum tertiam & quartam usq; generationem se visitare & vindicare pronunciat Deus. Mala quoq; educatione, & institutio hic multum potest:

Blanda patrum segnes facit indulgentianatos.



Ad



Ad Nobiliss. & Ornatisimum
Dn. RESPONDENTEM.

Sollicitè querit puteorum nemo Mephitim,
Cui fontes spirant semina dulcis aquæ:
Sic Sophiæ liquido stipatus nectare prudens
Consilium ex proprio non aliunde petit,
Quid statuat, Cur sic statuat, benè norit oportet
Norit & infringi quomodo lœva queant:
Inseris hoste inter numeros, LEVINE, Chorosq;
Musarum; & sacros sic Heliconis agros
Macte ita, vel propriæ fies virtute beatus
Tollet & hic studij fructus ad astra caput.
Nil tibi non aderit, magno quin nomine possis
Stemmatis eximum perpetuare decus.

Balth. à Dequede.



Ad Eundem.

TE delenifico pingere Schemate
Non est, Crede, meum ; tale operarier
Buccones simul & magnidici solent,
Te metro tenui hortarier, est meum,
Ut parere probatis monitis, tuum.
E squillá rosa vix Candida pullulat
Aut è saxo hyacinthus rubicundulus
Et solem & solum habere expetit herbula,
Genimans irriguum, ut luteolos parens
Jactet nostra capillos Zephyri æthere,
Flos clari generis seminium & solum
Nactus Commodius, robore dum haud satus
Duro, sed meliore extrahit ordine,
Te Sol Justitiæ, quando **QUIRITIUM**
Germanus modò cerâ æreq; nobilis
Famâ Nobilitat, mactat honoreq;
Heroum hinc generi asscriptus, amarier
Optas, ingenij vim arte dum inebrias
Sed cura ; haud nimium stemmata jactites !
Nam natura tibi haud sufficit, herbulis
Quamvis sufficiat, facto animandum erit
Clarum stemma ; *bonam vitam agere est boni*
Herois proprium : Namq; viri optimi
Claro Schemate, non est Boni, abutier


Ly-

Lysimache tibi mascula quid juvat
Virtus maxi mi Aristidis ineptule?
Et facundè Pericles tua laetea,
Quid quæso Eloquia ad pignora lectuli
Xantippum, Paralum, stultiloquentia
Sed præcepta aliud, scis, Sapientiæ
Exquiruntq; rogan te placidissimè
Heroa esse magis dicier an petas?
Istud si appetis affectibus exue,
Pravis te, ingenuis atq; proba Viris,
Si hoc, Scenam Sapientum modo linquito.

Salomon Lentz

F I N I S,







Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-594855-p0018-5

DFG

Ung. VI 26

= [Dissertationes
Hab. Vob. 707]

ULB Halle
002 673 452

3



Sb.

VD 17

Farbkarte #13



ISPUTATIO XII.
ETHICA
De
**TUTE HE-
ROI CA,**

Quam

O TRIUNO ANNUENTE
et celeberrima Academia VVittebergensi,

PRÆSIDE
imo & Excellentissimo Philosopho
COBO MARTINI, HALB:
gices & Pract: Philosoph. Pro-
fessore publ.

roponit & defendendam suscipit
LUDOLPHUS ab ALVENSLEVE
Ludol. F.

diem 15. Octob. Horis Locog̃ solitis.

VVITTEBERGÆ,
graphéo JOHAN. GORMANNI.

ANNO M. DC. XIV.